

Art gelenkt hat, so ist doch der Name *nigriclavus* nach dem vorliegenden Untersuchungsergebnis hinfällig.

Das Zitat muß lauten:

*C. Dorni* Rtrtr. W.E.Z. 1913.

*nigrita* var. *nigriclavus* Gerh. ex parte, D.E.Z. 1900.

Schwierigkeiten könnten nun noch über die Frage entstehen, unter welcher Stammart die Varietät zu zitieren wäre. Da *Westi* Krog. aber erst 1931 beschrieben ist, wird man wohl var. *nigriclavus* Gerh. am besten bei *nigrita* Er. belassen.

An sonstigen angeblichen var. *nigriclavus* Gerh. lagen mir aus dem Zool. Mus. Hamburg 3 Exemplare vor und zwar aus den Coll. Hubenthal und Weber (Kassel). Zwei Tiere erwiesen sich als *nigrita* Er., das dritte gar als *tristis* Panz.

#### Verzeichnis der Literatur.

1. J. Gerhardt: Neuheiten der schles. Käferfauna von 1899. D. E. Z. 1900 p. 70.
2. Edm. Reitter: Übersicht der Col.-Gattung *Catops* Payk. aus der pal. Fauna. D. E. Z. 1901 p. 43 Anm. 3.
3. Heyden, Reitter, Weise: Cat. Col. Eur. etc., 1906 p. 245.
4. W. Hubenthal: Ergänzungen zur Thür. Käferfauna III. D. E. Z. 1908 p. 39.
5. J. Gerhardt: Verzeichnis der Käfer Schlesiens. III. Aufl. Berlin 1910.
6. Edm. Reitter: Über eine verkannte *Catops*-Art. Col. Rund. 1913 p. 127.
7. R. Jeannel: Silphidae Catopinae. (Biospeologica 47.) Arch. Zool. Expér. et Gén. 1922 p. 86 u. 88.
8. A. Winkler: Cat. Col. reg. pal. P. III. 1925.
9. R. Krogerus: Die *Catops*-Arten Fennoskandiens und Dänemarks. Studien über *Catops*-Arten I. Not. Ent. XI, 1931 p. 1-25.
10. R. Jeannel: Les *Catops* de France. Rev. Franç. d'Ent., 1934 p. 2-24.

## Eine neue (die zweite) Art der Gattung *Dochturovia* Ganglb. (Coleoptera, Cerambycidae) aus dem Tchatkal-Alatau-Gebirge im westlichen Tian-Shan.

Von J. Jankowski in Taschkent, Museum der Natur Mittelasiens.

*Dochturovia baeckmanni* spec. nova.

Species dimorphismum sexualem valde demonstrans, in maribus solae speciei generis adhuc notae, nominatim *Docht. nebulosae* Gebl. simillima, nonnullis solum insignibus tenuibus vixque perspicuis distinguenda, in feminibus autem toto habitu suo nec non multis insignibus sat gravibus et constantibus speciem totaliter seorsam primo aspectu representans.

♀: tota nigra, locatim, ut inferius indicabitur, nigro-brunnea; corpore robusto, longitudine latitudinem triplo fere, non plus minusve quadruplo, ut in *nebulosa*, superante; palpis maxillaribus nonnihil longioribus, articulo ultimo magis dilatato; temporibus item prominentibus, retrorsum minus late rotundatis, ideo desuper etiam magis rectangularia apparentibus; pronoto consimili, sed omnino fortius et medio nonni-

hil aliter sculpturato, nam hic numquam deplanato vel etiam subconcavo, sed semper plus minusve convexo duabusque impressionibus latis seu areolis lateralibus subconcavis saepissime manifeste expressis, interdum vix perspicuis ornato, quare aream magnam mediam callosam distincte-convexam vel subconvexam et quadrisinuatam, nec subrotundam vel ellipsiformem (ut saepissime in *D. nebulosa*) demonstrante. Quae areae sinus anterior et posterior breves et anguliformes, interdum apicibus tenuissimis sulciformibus cum linea media longitudinali (locatim calloso-elevata et splendente) conjuncti, ambo autem sinus laterales multo fusiores et plus minusve semilunares vel semitrotundi; tali modo cuncta area media pronoti in speciminibus sculpturam plene evolutam possidentibus quasi literam X, ut id manu scribitur, solum nimio magis dilatatum (praecipue in dimidie posteriori) forma sua nonnihil admonet, — sic vero, ut in multis aliis Cerambycidis. Elytra fortius quoque sculpturata, in parte basali manifeste bis — non solum in humeris, sed etiam juxta scutellum — longitudinaliter calloso elevata lineasque evidenter multo distinctius quam in *nebulosa* elevatas repraesentantia. Ultimium sternitum abdominis apice sinuato et marginato (in *nebulosa* semper rotundato immarginatoque). Toto corpore dense et subtiliter punctato et brevopiloso, pilis item, ut in *nebulosa*, duplicibus: breviusculis accumbentibus vix perspicuis fusco-piceis (obscuris), et in capite thoraceque ad eos admixtis longioribus erectis multo lucidioribus.

Coloratio nigra corporis locis nonnullis plus minusve lucescit (ad obscure-brunneam), praecipue in palpis et in antennis, quae interdum articulos sat manifeste annulatos repraesentant. Tarsorum unguiculi nec non tibiaram calcaria apicalia obscure-rubra vel rufescentia, apicibus denigratis; plantae piliculis lucidis confertim obsitae. — Caeteris insignibus a *D. nebulosa* non discrepare videtur.

Long. 17-18,5 mm, lat. 5,25-5,5 mm, long. elytrorum 12-13 mm, long. pronoti 3-3,5 mm.

Inter specimina numerosa a me examinata unum specimen coloratione elytrorum a caeteris differens colorationis pristinae — ut reor — vestigia conservat, quare ut abarratio ♀ *retardata* nominari meret:

ab. elytris omnino ut in forma typica nigris, sed utroque medio a basi (nigra quoque) deinde usque ad trientem ultimam vittā sat latā nec latus nec suturam late-nigram attingente, in triente prima colore nigro late interruptā, ad latera sua plus minusve sinuato-excisā, obscure fusco-fulvā, omnino indeterminatā et parum explicatā ornato.

♂: coloratione mari *Docht. nebulosae* similis primoque aspectu vix ab eo distinguitur, nam solummodo diligentiozem post examinationem eadem omnino insignia seorsa speciei, quae superius in descriptione feminae indicata erant, multo tamen indistinctius evoluta manifestat. Omnino major (non semper), statura propter humeros latiores robustiore: elytris latitudine numquam tanto, ut in ♂ *nebulosae* longioribus, saepissime proportioni 2,4, maximum 2,5 respondentibus (quae proportio in *nebulosa* numquam minor est, quam 2,6, saepissime 2,7 supercedens). Palpis maxillaribus nonnihil longioribus, articulis ultimis perparum

magis dilatatis; temporibus nonnihil fortius rectangulatim prominentibus; sculptura pronoti elytrorumque vel eodem modo, ut in ♀, sed nimio indistinctius discrepante, vel fere consimili, solum pronoti area media numquam subconcaua; ultimo sternito abdominis apicem versus etiam fortius longitudinaliter-concavato, summo apice (oculo armato recte desuper observando!) subsinuato et subtilissime marginato. Coloratio tegumentorum omnino eadem maris *nebulosae* respondet, nisi quod color fulvus nonnunquam magis rufescit. Caput, antennarum articuli primi, totus thorax, scutello incluso, pedumque coxae nec non trochanteres et partes apicales femorum et (non semper) tibiaram obscure — vel obscurissime-fusca; utroque in elytro duae maculae laterales plus minusve rotundatae, in singulis speciminibus inaequaliter determinatae, saturate — vel dilute — vel etiam dilutissime-fuscae, quarum altera, elytri summo dimidie posita, introrsum magis remota et interdum transversim-elongata, semper exstare videtur, altera autem deterius determinata, potius litura nominanda, sub tuberculo humerali posita et longitudinaliter nonnihil prolongata, saepius totaliter evanescit et solum vestigia dilute-fumata pro se relinquit; eadem quoque vestigia in speciminibus nonnullis ad latera trientis ultimi elytrorum pro maculas ordinis tertiae sat manifeste procedunt, quamquam specimina distincte sexmaculata vel porro variantia, in exemplum maculis longitudinaliter secundum latera conjunctis praedita, nondum observata erant. Caeterae partes corporis, pedum elytrorumque fulvae, plus minusve rufescentes; antennae apicibus articulorum infuscatis. Pili — cum ubique corpus vestientes breviusculi accumbentes, tum iis in capite et in thorace admixti longiores erecti — laete-flavi, splendidi. Caetera quoque insignia hic ommissa cum iisdem maris *nebulosae* omnino sat congruunt.

Long. 10,7-15,4 mm, lat. 3,1-4,2 mm, long. elytr. 7,2-10,2 mm, long. pronoti 2,0-2,7 mm.

Incolatus: Asia Media, in finibus Reipublicae Kirghizicae Unionis R S S, montana Tschatkal-Alatau et Usun-Achmat-Alatau in Ferghana septentr.

Habitat in picetis. Larvae in *Picea schrenckiana* et *Picea tianschanica* sub cortice arborum cum evidenter imbecillarum vel iam mortuarum, tum omnino sanarum, in materie quoque vel in lignis siccis rodentes et introrsum alte penetrantes noxam evidentem efficiunt. Quarum descriptio nondum conclusa est.

Specimina typica et cotypica sat numerosa (11 ♂♂ et 16 ♀♀), quorum duo Museo Zoologico Acad. Scient. URSS, duo in collectionem beati Julii Baeckmann, cujus memoriae hanc speciem dedicavi, et 23 Museo Naturae Asiae Mediae in opp. Taschkent a me donata. Omnia locis diversis pagi supra indicati, inter flumina Padschah-Ata et Turduk, mensibus Junio, Julio (saepissime) et initio Augusti capta.

Die Gattung *Dochturovia* Ganglb. 1887 (in verbesserter Transskription des Namens, statt *Dokhturoffia*) mit einziger bisher beschriebenen Art, *D. nebulosa* Gebl. 1845, gehört zur Gruppe *Lepturini*, ist den

Gattungen *Strangalia* Serv. und *Letzneria* Kr. am nächsten verwandt und charakterisiert sich besonders durch breiten, fast quadratischen, nach vorn nicht ausgestreckten Kopf mit kurzen Wangen, verhältnismäßig kleinen Augen und stark entwickelten Schläfen und durch die einzeln abgerundeten Flügelspitzen. Die hier beschriebene, dem Andenken meines Freundes Julius Baeckmann († 28. 10. 1930) gewidmete zweite Art dieser Gattung ist von mir schon im Jahre 1903 entdeckt, und seitdem alljährlich, bis 1914, fand ich mindestens 3-4 Exemplare, obwohl ich dann zu wenig Zeit hatte, um die Gebirgswälder öfters als einmal zu besuchen und genügend lange von manchen Formen zu sammeln. Von meiner Ausbeute blieb nur eine sehr geringe Anzahl, die ich seinerzeit dem Zool. Museum der Akad. d. Wiss. im damaligen Petersburg schickte — darunter auch ein ♀ von *Dochturowia baeckmanni*, welches als ein typisches Exemplar dieser von mir so benannten Art jetzt ein Goldplättchen trägt (Etikette: Tschatkal-Gebirge, zwischen den Flüssen Padschah-Ata und Itakar, Juni 1903, J. Jankowski!). Meine eigene Kollektion in der Stadt Namangan ist im Jahre 1914 vernichtet worden, und seitdem hatte ich nur 1921 die Möglichkeit, mich entomologisch zu betätigen und dabei auch das Gebirge des nordöstlichen Ferghana manchmal zu besuchen; es gelang mir nun, den größten Teil der von mir ehemals gefundenen, aber unbeschriebenen gebliebenen neuen Käferformen, darunter auch die oben beschriebene, erneut zu sammeln und manche nachträgliche Beobachtung zu machen:

Die genauen Grenzen der geographischen Verbreitung der beiden Arten der Gattung *Dochturowia* sind noch ungeklärt. Ich fand *D. baeckmanni* im südöstlichen Teil des Tschatkal-Alatau-Gebirges und im angrenzenden westlichen Usun-Achmat-Alatau fast überall, wo Tannenwälder vorhanden sind. Ich habe niemals *D. nebulosa* angetroffen; die letztere ist bisher in der Literatur für davon ziemlich weit entfernte Teile Tian-Shans ganz genau angezeigt, aber die uns besonders interessierenden westlichen und südlichen Grenzen sind in ihrer Verbreitung ebenso unbekannt wie das gesamte Areal der *D. baeckmanni*, denn der westliche Tian-Shan und die angrenzenden Gebirge sind noch ganz ungenügend durchforscht. Provisorisch betrachte ich *D. baeckmanni* als eine von *nebulosa* geographisch abgegrenzte, typisch-vikarierende Art.

Auf Grund spezieller Beobachtungen bin ich zur Überzeugung gekommen, daß diese Art den wichtigsten Forstschädlingen zugezählt werden sollte (s. den vorletzten Absatz des lateinischen Textes). Es ist am wahrscheinlichsten, daß auch *nebulosa*, die ich in der Natur nicht beobachtet habe, ebensolchen Schaden verursacht. Wenn das in der Tat so ist, dann muß die Gattung *Dochturowia* im Kreise der im allgemeinen als unschädlich bekannten Gattungen der Gruppe *Lepturini* eine besondere Stellung — wie es scheint, mit derselben der Gattung *Tetropium* aus der Gruppe *Cerambycini* übereinstimmende — einnehmen.

---

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Entomologische Blätter](#)

Jahr/Year: 1935

Band/Volume: [31](#)

Autor(en)/Author(s): Jankowski J.

Artikel/Article: [Eine neue \(die zweite\) Art der Gattung Dochturovia Ganglb. \(Coleoptera, Cerambycidae\) aus dem Tchatkai-Alatau-Gebirge im westlichen Tian-Shan. 181-184](#)